

**Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**


**Programma In Authentian Pericopae Ioh. VII, 53 - VIII, I -  
II. Inqvirens ...**

Feriis Pentecostes Sacris Pvblcie Propositvm A Rectore Et Senatv  
Academiae Regiomontanae

**Hartung, Gottlieb Leberecht Hartung, Gottlieb Leberecht  
Regiomonti, MDCCLXXXIV**

Farbkarte

**urn:nbn:de:gbv:45:1-9319**



## Farbkarte #13

B.I.G.

	Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black





**D**ies, qui nobis rediere, festi, Ciues; occasionem nobis suppeditant, materiam, quam nuper (\*) tractare incepimus, ut pio Vestro studio scripto quodam publico succurratur, continuandi. Disquisitionem scilicet de *αὐθεντική* pericopae Ioh. VII. 53.- VIII. 1-11. obuiae instituimus. Et interna et externa argumenta, quae *αὐθεντικά* loci huius vel adstruere, vel eidem aduersari perhibentur, probe attendenda esse significauimus. Argumenta palmaria interna, quibus monstrari potest, ad genuina N. T. loca sectionem indicatam pertinere, iam proposita sunt. Simul quoque ex eo genere argumentorum, quibus nonnulli *νοθεῖαν* loci huius euincere conantur, quaedam prolata fuere. Tria huius generis momenta explanauimus. Ad reliqua iam progredendum est.

Quarto etiam in voce *ἀναμαρτῆσος*, quae v. 7. occurrit, spuriae conditionis relationis huius praesidium collocant. Putant nimis, Christum, si hoc, quod refertur, responsum dedisset, prorsus incongrua protulisse. Ο *ἀναμαρτητός* υπὸ πρώτοι τον λιθον επαυτη βαλετω. Christus respondisse perhibetur. Praeprimis vox *ἀναμαρτητός* nonnullis hic offendiculo fuit. Quo enim iure Christus ad *ἀναμαρτητούν* prouocare potuit? Quis vnquam in homine illecebribus peccandi natuvis induito absolutam a peccatis immunitatem desiderauit, vel desiderare potest? Iudex criminis, si *ἀναμαρτητός* esse debet, omnia iudicia et tribunalia huma-

(\*) In programmate festo natiuit. Christi A. 1783. hic excuso.

